



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Limitatio 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

Limitatio 3.

Limita tertio , nisi judex esset consanguineus alterius partis , quia par causa affectionis toleret suspicionem. *ff. de ri. nup. l. non solum. §. de-nuo.* Quam limitationem gloss. Sicul. & Præpo, *in allegat. cap. postremo.* intelligunt , quando utrique parti eodem seu pari gradu attinet , tunc enim est par affectio & hoc sentit gloss. in ratione sui , per aliud verbum æqualiter. Secus autem , ubi attineret uni in primo gradu , quia frater , & alteri in quarto , vel ulteriori , tunc enim non esset par affectio circa fratrem & alium remotiorem. *Ar. in cap. litteras. de præsump. & in allegat. cap, acce-dens , i. ut lite non conte.* Nam omnes homines sunt consanguinei cum descenderunt ab Adam , ut legitur , & not, *in allegat. l. ut vim , sed ra-tione proximitatis præsumitur major affectio,*

Tertia species , si judex est affinis adversarij, glo. *in cap: accedens , i. ut lite non conte, alle-gat, ad hoc: 3, qu, 1, cap, absens. ff, de injurijs, l, lex Cornelia, in princ, & 4. qu, 3, §, Item lex Iulia, idem Spe, ti, de deleg, §, superest, ver, item si sit consanguineus vel affinis , juncto ver, seq, Fa, not, in l. aut affinitate, ff, de procur, & in cap, 2, de procur, libr, 6, ubi propter affinitatem de novo con-tractam removetur procura. ergo & judex recusabi-tur , idem tenent Sicul, Præpo, & Philip, in al-legat, cap, postremo, idem Ange, Are, insi. de ex-cept, §, præterea. ver, viso rescripto,*

Limita tamen , sicut in præcedenti specie dictum est , nisi adsit alia qualitas personæ eli-dens

dens præsumptionem affectionis , quæ resultat ex affinitate , ut quia esset religiosus bona conscientiæ & integritatis , ut voluit Specul. ubi supra, Imol, in cap. cum R. canonicus de offi, dele, & Præpo, ubi supra:

Quarta species si Prælatus est Ecclesiæ, cuius causæ vult esse judex, ita Specu, ubi supra, ver, Item quod vult esse judex, Anthon, & Sicul, in cap, cum venissent, de judi, idem Sicul, Præpo, & Philip, in allega, cap, postremo, Anthon, in cap, ad audientiam de appell, Milis in reperto, in verbo judex ver, judex potest esse quilibet &c, & ver, judex ordinarius potest recusari, &c. Et licet prælatus possit esse judex in causa Ecclesiæ suæ, 2, qu, 7, cap, si quis erga, & not, in cap, cursus personæ de privi, lib, 6, nihilominus recusari potest, suspectus ita Sicul, in alleg, cap, insinuante de offic, deleg, & cap, postremo, & ista est communis opinio, licet Imol, in cap, cum venissent,

Quinta species, si judex est consanguineus prælati , ne sit judex in causa Ecclesiæ , ita Ioan, Andr, in addi, Specu, ubi supra ver, quid si prælatus , idem Anthon. Sicu, Præpo, & Philip, in allega. cap, postremo, in Ioan, And, Ant, & Sicu, in alleg, cap, insinuante de offi, deleg, per illum tex: quem ad hoc idem Sicu, reputat singularem: idem tenent Ioan, Andr, & Domi, in cap, judex de offi. deleg, lib. 6, Cy, in l. unica. C, ne quis in sua cau, jus sit, di, Quod procedit etiam si prælatus litiget per procuratorem , ut tenet Philip, in alleg, cap, postremo, licet Specu, ubi supra, post Egid, videatur tenere contrarium:

Sexta

496 DE RECUSAT.

Sexta species , si judex est Clericus adversarii ita Ioan. Andr. & Domi. in allega. cap. legitima , quod videretur intelligendum de Clerico existente sub districtu & jurisdictione illius adversarii , eo quod idem Ioan. Andr. ad dictum suum alleg. cap. accedens 2. ut lit. non contesta. & cap. fin. 2. responso de offic. deleg. lib. 6.

Septima species , si est scolaris adversarii , pro quo text. 3. qu. 5. accusatores 4. & videtur tenere Sicul. in cap. cum R. canonieus de offic. deleg. idem Praepo. 1. allega. cap. postremo , pro hoc adducens not. per Innoc. in cap. 1. de magi. & gloss. ibidem & in liberto. ff. de obsequ. libert. & l. quod ergo. ff. de arbitr. Cui addi possunt not. per Bart. in l. si libertus ff. de in jus vocan.

Octava species , si est magister sive Doctor adversarii , tenet Specul. ubi supra ver. quod de magistro. Sicul. in alleg. cap. cum R. canonicus. Praepo. in alleg. cap. postremo. Nisi forte partes ambae essent ejus scholares , quia tunc affectionis par causa tolleret omnem suspicionem , ut in p̄alle. l. non solum h. denuo. ff. de ritu. nupt. & ita voluit Specu. ubi supra Licet Ioan. in cap. causam de offic. deleg. teneat ibidem contrarium per illum textum & ibidem not. & Baldus in authent. Habitac. ne si. pro pa. & in h. pen. in proemio. ff.

Nona species , si adversarius est famulus judicis per textum in allega. cap. insinuante. idem Specu. ubi supra , ver. Item si velit. Ioan. And. & Domi. in allega. cap. licentia Philip. & Praepo.

po. in alleg. cap. postremo. Quod tamen intelligunt durante famulatu , non autem postea per not. in l. r. §. idem rescriperit ff. de quæst. & per Sicut. in alleg. cap. cum R. Si tamen aliqua reverentialis obedientia post solitum famulatum remaneret , non cessaret suspicio per no. ubi supra.

Et idem videretur , ubi judex esset multum familiaris adversario , arg. not. in l. fi. C. de jud. ita tenet Angel. Aret. instit. de except. in allega. §. præterea . verf. viii. de rescrip. &c. pro quo gloss. 3. quæst. 5. in summa. & Specu. ubi supra. ver. item si est ei nimis familiaris vel commensalis ejus , in alleg. cap. insinuazione & ibi Hostien. & Sicul. Secus autem , si modica esset familiaritas , ut puta socialis , nam talis non sufficeret, ita glo. & Sicul. in alleg. cap. insinuante.

Et istud maximè crederem procedere in consiliariis Curiæ parlamenti , quibus propter hujusmodi familiaritatem vitandam regiis ordinationibus prohibetur , ne comedant cum partibus , pro quo bene facit l. observandam ff. de offic. præse.

Veruntamen propriè familiaris alicujus dicitur ille , qui verè est de familia , atque continuus commensalis suis expensis, ut in cap. fi. de ver. signi. lib. 6. & ibi Ioan. Andr. & Domi. gl. præalle. in summa 4. qu. 5. dicit , quod omnes illi sunt de familia , qui habitant in eadem domo.

Adde , quod sicut judex , si est nimis familiaris adversario vel commensalis potest recusari : ita etiam quando apertè recipit magna dona. per leg. 1. ff. ad leg.

leg. Iuliam. de ambitu. Et ita tenet Ioan. Andr. in addi. Specu. ubi supra proximè, quod in curia parlamenti servatur ideo, quia per ordinaciones Regis maximè Caroli 7. prohibetur præsidentibus & consiliariis, ne quicquam à partibus recipient, quod eorum possit animum mouere, secus igitur, si dona essent parva, l. solent. ff. de offi. proconsul. & cap. statutum 9. insuper. de rescrip. lib. 6.

10. Si Vicarius est Episcopi judex, nam tunc etiam in causa famuli Episcopi poterit recusari tex. est secundum Præpo. in alleg. cap. insinuante & ibi Sicul. & Imol. Philip. & Præpo. in alleg. cap. postremo.

11. Si socius est in domo adversarii, ita Sicul. in alleg. cap. cum R. canonicus Præpo. in alleg. cap. postremo. Angel. Are. ubi supra. Et intelligit de sociis largè, puta de illis qui habent materiam simul conveniendi, sicut scolares habitantes in eadem domo, quorum unus, si alterius judex fuerit deputatus recusari poterit, secundum Sicul. ubi supra, nam rationem hujus societatis contrahitur quoddam jus fraternitatis l. verum ff. pro socio. fa. gloss. in cap. dilecta. super ver. vicino. de sentent. excommun. lib. 6. Præmissa tamen intelligenda sunt durante societate, ita Specul. ubi supra, ver. quid si sit socius & ibi Ioannes Andreas, in addition. dicit Petrus & Abbas ita disisse in preallegat. cap. insinuante. Et idem dicendum videtur, ubi quis esset socius specialis extra domum ratione prædicta, videlicet, quis societas est altera fraternitas, per dictam l. verum ita Ioan. Andr. in addi. Specu. ubi supra in ver. Item si est Concanonicus.

12. Si est concanonicus cum adversario in eadem Ecclesia : Per tex. in allega. cap. cum K. & ibi Sicul. & Specu. ubi proxime, supra Ioan. Andr, & Domi. in allega. cap. legitima. de appellatio. lib. 6.

Et idem dic si judex & adversarius sint de eodem collegio, nisi inter alios de collegio, vel de capitulo, quia causa affectionis &c. ita Philip. in allega. cap. postremo. Et per hoc videretur quod consiliarius Curiæ Parlamenti possit recusari si causa alterius consiliarii sibi committatur. Sed ex hoc solo nunquam vidi consiliarium consiliarium recusari.

13. Si Judex est subditus, adversario domino suo, quia non potest esse judex in causa domini sui. cap. accedens 1. & 2. & ibi Sicu. ut lite non contine. gloss. in cap. in accusatores lo. 4. 3. quest. 5. Ioan. Andr. & Domi. in allega. cap. legitima. Præp. in allega. cap. Postremo. Quod intellige durante subjectione alias secus, ut supra in 9. & 11. Specie.

14. Si judex est Suffraganeus adversarii ut in præallega. cap. accedens 1. Præp. in allega. cap. postremo. Spec. ubi supra ver. Item. si est suffraganeus : ubi Ioan. Andr. in additione dicit illud esse verum etiam si habeat causam cum subdito suffraganei sui, coram ipso suffraganeo, quia poterit ipse suffraganeus recusari secundum eundem Ioan. Andr. ubi supra in additione. ver. sed quid si conqueror. de subdito &c. contra opinionem Specul. ibidem.

15. Si judex est vel fuit advocatus adversa-

rii

rij in eodem negocio, vel ei connexo, in pre-allegat. cap. postremo. 2. quæst. 6. cap. statuendum l. prætor. ff. de juri. om. jud. l. ille a quo §. pe. ff. ad Trebel. 2. qu. 1. cap. sed sciendum. l. quisquis. C. de post. in prin. C. de assesso. l. nemo. in fin. & ratio est, quia jam animum suum manifestavit, & præsumitur affectus ad causam ratione advocationis suscepæ, secundum Sicul. in allega. cap. postremo & ibi Præpo. Ioan. And. & Domi in allegat. cap. legitima. Specul. ubi supra. ver. Item si fuerit advocatus ubi Ioan. And. in addi. dicit quod si advocatus impetretur ab appellato, qui ex ipsius advocati consilio obtinuit, procederet recusatio, cessaret autem si impetraret appellans. Et licet advocatus possit esse judex ordinarius secundum Vincen. nihilominus secundum Ioan. And. ubi suprarecusari potest.

Adverte tamen quod si advocatus est domesticus judicis ex hoc solo recusari non potest secundum glo. Innocent. Antho. & Sicul. in cap. ex insinuatione, de appellat. nisi attenta qualitate prævitatis advocati: & facilitate judicis, aliud videatur dicendum, ita Hosti. per illum tex. & Sicul. in cap. 1. de offic. judi. ut quia forsan. nimis favaret causæ ipsius secundum Philip. & Doc. in alleg. cap. postremo. Secus si eo modo non faveret.

Sed ubi advocatus esset judicis, tunc bene posset recusari, ita Hostien. & Ioan. Andr. in allegat. cap. 1. & fa. cap. accedens 2. ut lite conte. & Præpo. ubi supra.

16 Si fuit in causa procurator per ea quæ habentur in cap. fi. de testi. lib. 6. per Antho. in ca.

cum

AUFRERII.

505

cum à nobis. de testi. & no. in præallegat. cap. insinuante, de offic. dele. Spec. ubi supra ver. Item si fuerit advocatus. nam procurator testis esse non potest in causa in qua fuit procurator, ut in præalle. cap. fi. ergo cum facilius repellatur judex, quam testis ut voluit gl. in cap. cum canonicus & cap. insinuante. cum concor. poterit etiamne sit judex recusari, quod Præpo. & Philip. in alleg. c. postremo.

17 Si judex fuit sollicitator causæ, quia sicut non potest esse testis, ita recusabitur ne sit judex, Rota conclusio. 161. Quod Ludo. Ro consilio. 420. dicit procedere in sollicitatore salariato alias à testimonio secundum eum non repelleretur, dicit tamen Præpo. in allegat. cap. postremo. quod forte à judicando posset sollicitator etiam non salariatus recusari ratione affectionis, quam verisimiliter habet ad causam, ad quod no. per Rotam ubi supra & Domi. in cap. Roman. de testi. lib. 6.

18 Si judex dixisset apparere jus alicujus partis in causa, ita Ioan. And. in cap. irrefragabili. & excessus & ibi Sicul. & moder. de offic. ordin. nam pars contra quam dixisset antequam esset datus judex poterit eum recusare.

19 Si judex fuit consultor adversarij in causa, ita Ioan. And. in cap. si contra unum. de offic. dele. libr. 6. idem Ioan. And. & Domi. in allegat. cap. legitima. Bald. in cap. de causis. 5. col. de offic. dele. Sic. & Præpo. in alleg. cap. postremo. & idem Ioan. And. in præalle. cap. irrefragabili.

20 Si adversarius est vasallus judicis, ca.

644

causam 2. de offic. deleg. no. in cap. ex transmissa. de foro compet. Ioh. And. & Domi. in allegat. cap. legitimo. Specul. ubi supra ver. 1. Angel. Aret. in allegat. & præterea. ver. viso. de rescrip. Præpo. in allegat. cap. postremo.

21 Si judex alias tulit testimonium in causa, nam poterit recusari. ita Spe. ubi supr. ver. Item si fuit testis allegat. l. fi. ff. de testi. & C. de assesso. l. si in prin. & in fi. idem Præpo. in allegat. cap. postremo. fa. no. in cap. Romanæ præallegat. de testi. libr. 6

22. Si Iudex est vasallus impetrantis, ut ii. præallegat. cap. accedens. 2. fa. posita supra in 20 specie. in alleg. cap. postremo.

23 Si judex in causa fuit fidejussor, nam fidejussor non potest esse testis in causa. l. si cui legetur. & ibi Bal. ff. de, le, 1, Anto, in cap. cum a nobis de testi. Spe. ubi supr. ver, sed nunquid fidejussor. & Ibi Ioh, And, in addi, Præpo. ubi supra,

24 Si judex est filius ejus qui fuit advocatus in causa, vel econtra pater est Iudex, & filius est advocatus. ita gloss. in præallega. cap. accusatores, 3, 4, qu, 5, Anto, & Philip, in allegat. cap. postremo, per tex, incap, ex insinuatione, de appell, sed ibi gloss. Io. An, & Sicul. tenent contrarium cum glos. solum loqui videatur quando est commensalis, sed in filio major præsumitur affectio, & quia pater & filius pro una persona reputantur. & hi cum suis concor. Insti. de inutili, sti, & pater magis patitur in filium quam in seipsum. l. isti quidem, ff. quod me. cau, & filius est de familia patris, secundum Specu, ubi supra ver. item

AÜFRERII.

503

*Item si sit comes, Ioan, And, & Domi, in allega, cap,
legitima,*

Ego semel vidi per curiam admitti recusationem consiliarii, eo quod eius gener esset advo-
catus alterius partis, & hoc quamdiu cum socero
demoraretur;

25 Si fuit assessor in illa causa non poterit postea esse iudex , Speculator , ubi supra , ver , Item si fuerit advocatus fa , not , in lege , 2 , ff. quod quisque jur ,

Sed istud non videtur probari per *l*, *nemo*, *la*,
z, *in fi*, *C*, *de assesso*, quæ allega, per Specul, immo
gloss, videtur tenere contrarium *in l*, *i*; *ff*, *eo*, *tit*,
videlicet si illa causa in qua fuit assessor sibi fuerit
delegata ita Bar, ibidem, fateor tamen quod
si fuerit advocatus non poterit esse assessor in
eadem causa ut *in præallegat*, *l*, *nemo*,

26 Si fuit iudex in illa causa & de illa semel cognovit, sed ab eo fuit appellatum, nam absque partis assensu non poterit sibi causa remitti, nisi prius appellatione vacuata, *cap*, *accepta*, *de appell.* & ibi Præpo, & Sicul, idem Præpo, ubi supra *in præallega. cap. postremo.*

27 Si iudex habet pæne consimilem causam
causæ adversarii, in cap. causam 2. de judi. Ioan.
Andr. & Domii, in allega, cap, legitima, Angel;
Are, ubi supra;

Et quia sit pene similis causa, statur arbitrio
iudicis, cap, personas de testi, ita Hostien, Ioan, &
Sicul, in alleg, cap, causam Præposi, in allega, cap,
postremo,

28 Quando iudex nimis favet adversario,
cap, accedens 2, ut lite non contest, cap, ad hanc de-
rescrip, Ioh, And, & Domi, in alleg. cap, legitima,

504 DE RECUSAT.

Præpo. in alleg. cap. postremo. Ant. & Sicul. in alleg. cap. accedens. Sed si reduceretur factum ad memoriam partis non recusaretur propterea, secundum Cy. in l. 1. C. ut quæ desunt advo. per Joan. de Imol. in l. 4. §. hoc autem judicium ff. de damno infecto.

Sed quando dicetur nimis favere ? Anto. & Imol. in alleg. cap. accedens remittunt illud arbitrio judicis. Debet tamen in hoc casu exprimi causa hujusmodi favoris in recusatione, ita Joan. Andr. & Domi. ubi supra.

Dici vero poterit nimis favere quando nimis animo se procedit in præjudicium partis alterius Joan. And. & Sicu. in cap. 2. de int. resti. vel quia dicit illum nimis favere parti, quia gravavit eum in tali & tali articulo, ita Sicu. in pre-alleg. cap. accedens. Si autem diceret judicem parti alteri nimis favere, & aliter non exprimeret causam, non sufficeret vel etiam si exprimeret causam non concludentem nimium favorem. Quia judex potest favere uni parti, dum tamen modum non excedat. arg. opin. in cap. consuluit. de offi. deleg. ita Sicu. ubi supra.

29. Si pars sibilat ad aurem judicis poterit recusari, nisi palam dicat quid in aure sibi dictum fuerit, ita Præpo. in alleg. cap. postremo. Antho. Sicu. & Imol. in allega. cap. accedens 2. Specu. titu. depositio. §. 7. ver. quid si ponens & allegat. cap. cum ex injuncto. de heret. Et hoc nisi in causa procederetur sine strepitu secundum Barto, in extra-va. ad reprimendum ver. sine strepitu. Lanfra. in Cle. sape. de verb. signifi.

Si tamen judex sicut præfertur revelet pu- blic-

blice , id quod sibi pars dixerit ad aurem non erit suspectus secundum Specu , ubi proxime, supra & ibi Ioan. And. in addi. Et Docto. in allega. cap. accedens 2.

30: Si judex & adversarius sint compatriotæ in patria extranea , quia extra patriam compatriotæ plus solito se diligere solent , Ioan, Andr, & Domi, in alleg. cap. legitima. Specu. in tit. de deleg. §. superest. ver. Item si de terra no. in p̄allega. cap. accedens 2. Et per Ange. Aret. ubi supra.

31. Quando judex & pars sunt compatriotæ & in patria sua judicium agitur contra forensem ibidem existentem . ita Speeu. ubi supra proxi. & Anthon, in p̄alleg. cap. accedens 2. ubi Sicul dicit istud procedere in delegato , ut hodie probatur in cap. statutum §. cum autem de rescrip. lib. 6. ubi patet quod si actor & reus sunt diversarum diocesum, actor non potest impetrare judicem in sua diocesi vel civitate. Sed in ordinario dicit hoc non procedere alias quilibet forensis volens convenire civem de facili recusaret omnes ordinarios reg. quod videtur contra mentem jurium quæ volunt quod actor sequatur forum rei , & fa. quod idem Sicul. not. de suffraganeo in cap. accedens in 1. ut lice non contestata.

32. Quando judex supplet in facto pro parte adversa , ultra casus à jure permisso : nam tunc videtur se facere partem , & per consequens suspectum gloss. eit in allega. cap. statutum super ver. copia de rescrip. lib. 6, & ibi Domi. quod quando judex delegatus una cum parte se dicit judicem , sic dicendo se reddit

505 DE RECUSAT.

suspectum alteri parti : & videtur ille favere super dubio.

33 Si judex est in manibus adversarii in alia sua causa : puta quia adversarius in alia causa est judex istius ita Specu. ubi supra , ver. Item si unus est judex alterius , & idem ibi Ioan. Andr. in addi. idem Ioan. Andr. & Domi. in alleg. cap. legitima. & Domi. in cap. fi. de offi. dele. lib. 6. ubi nullus potest esse conservator deputati sibi conservatoris , idem Præpo. in alleg. cap: postremo.

34 Si episcopus est judex suorum clericorum sibi subditorum contra alium non suum dico cœsanum Ioan. And. & Domi. in allega. cap. legitima. Specul. ubi supra , ver. quid si impetro. & ibi Ioan. And. in addi. Præpo. in alleg. cap. postremo. fa. cap. causam 2. & ibi no. per doct. de offi. dele.

Adde casum alium videlicet si judex est compater partis & pro hoc gloss. in præallega. cap. cum K. canonicus. quæ dicit judicem ex modica & levi causa recusari posse , ita Specu. in titu. de appell. §. nunc dicamus 2. col. Ioan. And. & Domi. in cap. Romana. §. quod si obiciatur , de appell. lib. 6. ubi dicit quod talis causa recusationis ratione compaternitatis non est à jure determinata & sic est dubia, est tamen probabilis , idem Specul. in allega. cap. cum speciali. de appell. & ibi Ioan. de Imol. post Ioan. And. & Imo. in cap. prudentiam de offi. deleg. Philip. in allegat. cap. postremo , ubi Præpo. dicit quod ad plus tenetur cognatus spiritualis quam affinis , quia affinis non tenetur alere affinem , sed pater spiritualis sic ut voluit Bald. in authen. nisi rogato C. ad trebel. cum ergo

ergo affinis possit recusari, sicut supra tactum est, ergo & cognatus spiritualis recusabitur. Præterea sequiparatur patri carnali quo ad reverentiam sibi reddendam, & ideo non vocatur in jus sine venia, sicut nec pater carnis ita Angelus, post Bald. in l. generaliter ff. de in jus va. ergo sicut reverentia magistralis facit quem suspectum, ut supradictum est in 7. & in 8. specie, ita & ista reverentia spiritualis. Et sic idem esset ac si esset patrinus partis à fortiori,

Veruntamen Sicul. in allegat. cap. postremo dicit quod iudex arbitrabitur secundum morem regionis. Nam quibusdam locis hæc cognatio spiritualis causat maximam amicitiam in aliquibus vero non tantam. Et facit in simili quod supra dictum est de conjunctis cognitione carnali in præalleg. cap. postremo, ut voluit ibidem Sicu. post Ioan. Andr. Ego tamen in curia parlamenti sç numero vidi declarari, quod sola conpaternitas non sufficiebat ad recusandum præsidentem vel consiliarium.

Circa secundam speciem respectu odii casus subsequuntur.

35. Si iudex est inimicus partis, etiam si non sit capitalis inimicus, ita gl. in cap. & ibi Domi. de procu. lib. 6. text. in cap. quia suspecti. 3. qu. 5. & cap. accusatores lo. 1. ea cau. & qu. Spec. ubi supra ver. Item si est iuimicus, & ver. Item si sit inimicus meus Bald. in l. unica C. si quacunque prædi. potest. Ioan. de Ana. in cap. cum oporteat de accusa. Et arbitrio iudicis remittitur hujusmodi inimicitia Specu. ubi supra ver. penul. Ioannes. Andr. & Domi. in allegat. cap. legitima. Præpos. in allegat. cap. postremo. facit. cap. cum super

super de offic. dele.

Sed in hoc casu exprimi debet causa inimicitiarum, ita *Ioan. Andr. & Domi.* ubi supra & *idem Ioan. Andre.* in addi. *Specul.* ubi supra. Nec inspicitur, si inimicitia processerit ex veritate, vel ex falsa causa, à partibus vel à tertio, secundum *Innocent.* in cap. cum. *Ioan. & And.* de re judiciorum quod tale quid præcesserit, quod habuerit provocare animum alterius ad inimicitiam, pro hoc tex. in l. i. ff. de his qui, ut indig. ubi Bar. unde ille, qui fuit causa inimicitiae, potest excipere contra inimicum suum de inimicitia, ut vult *Archidia.* in cap. statutum. de rescr. libro sexto. ar. l. nec timorem. ff. quod me. cau. licet gl. aliter sentiat in cap. ut debitus. de appell.

Est tamen advertendum an iste hoc maliciose fecerit ut ipsum tanquam inimicum repelleret, quod judicis arbitrio venit relinquendum. l. i. cap. cum quis. ff. de questio. ubi Bartol. recitat de illo qui sciens debitum contra eum probari non posse nisi per unum testem, dedit ei unam alapam ut sic postea si produceretur in testem contra eum posset eum repellere prætextu inimicitiae, hoc tamen iudex considerabit ex circumstantijs, nam malicia hujusmodi prodeesse non debet, ut in cap. inquisitionis. l. & an fides. de accusa. ita *Sicul.* in cap. repellar. co. tit.

Dicit tamen Bald. in cap. constitutus. de rescript. quod exceptio inimicitiae non procederet nisi inimicitia esset manifesta, & non dubia. l. non distinguemus. l. cum quidam. ff. de arbit. nemo enim præ-

præsumitur inimicus , quia est contra jus naturale
cap. i. d. l. ut vim. ff. de justitia. & ju. ubi Bald.
inquit , quod si inimicitia esset capitalis , tunc
sine alia exceptione redderet judicium retro nullum,
secus vero si non esset capitalis : quia tunc opu
esset opponere exceptione.

36 In inimico noviter seu recenter reconciliato , pro quo textus juncta gloss. præallegat. cap. accusatores. 1. 3. quæstion. 5. unde vetus proverbium: ab inimico reconciliato , libera nos Domine , pro quo cap. per tuas. 1. in gloss. de simo. Sicul. in cap. cum oporteat. de accusa. Bald. in authen. si dicatur circa fin. C. de testi. in l. præscriptione. C. si contra jus vel utili. pu. fr. no. per Innocent. & Docto. in allegat. cap. cum oporteat. tenet Præpo. in præallegat. cap. postremo. & Spe. ubi supr. ver. Item quod quondam. & ibi Ioan. And. in addit. dicens , secus esse si reconciliatio non esset recens , pro quo gloss. quæ incipit , propter alias , in præallegat. cap. per tuas. quam ibi commendat Sicul. prope finem & idem Sicul. in allegat. cap. cum oporteat.

Adverte tamen quod nedum dicitur inimicus qui
habet apparentia signa odij , sed etiam qui habet
causam odij sine signis etiam si ostendat amare , ita
Innocent. in allegat. cap. cum Ioan. & An. & se-
quitur Bald. in allegat. l. præscriptione. Ludo. Ro.
in rub. de arbit. 10 col. & Innocent. in allegat. cap.
cum oporteat. qui dicit quod suspectus de inimicitia
repelli potest , & Bald. in præallegat. authen. si dicatur. C. de testi.

37 Si judex litigat in alia causa , cum par-
te Spe. ubi supra , versa. idem est si cum altera par-
tium

510 DE RECUSAT.

tium litem habeat. l. propter litem, ff. de excusa. tuto. & authen, si curatoris. C. qui tuto, vel cura. da. po, cap. cum super de of, dele, & idem Ioh. And, & Domi, in allegat, cap, legitima glo. Sicul, & Imo, in allega, cap, cum super Idem Antho, & Sicul, in ca, t, de:judi, Philip, & Præpo, in allega, cap, postremo,

38 Quando judex habet causam cum eccliesia vel dignitate quam pars possidet tex. in alleg, cap, cum super, & ibi glo. magna & doct. Præpo. in dicto cap, postremo,

39. Quando judex non admisit partem ad actum humanitatis solitum exerceri cum aequalibus puta ad osculum stante consuetudine osculandi glossi. Sicul. & moder. in allegat, cap, cum super, & fa. glo. in cap, cum Adrianus, 63 dist, Præpo, ubi supra, Ange, in l, i, C, de sen, pas, ad hoc tex, juncta gl, in ver, ad osculum, de preb,

40 Quando judex protulit verba comminatoria contra partem, quod si poterit offendet ipsam gl, & doc, in alle, cap, cum super Host, Ioh, An, Bald, Sicul, & Præpo, in cap, cum cessante de app, Bal, in alleg, l, unicā, C. si quacunque prædi, po, ubi dicit, quod nedum est inimicus, qui facit injuriam, sed etiam qui facere conatur allega, gl, in l, ad hæc, & dat, remissionem, ff, de excusa, tuto, Dicit tamen Præpo, in allegat, cap, postremo, quod considerari debet qualitas dicentis juxta no. in l, de pupillo, & si quis ipsi, ff, de no, ope, nunc, per Cy & alios in l, i, si quis impera, male, & in l, metum, C, quod me, cau, & ita consuluit Pau, de Ca, const, 22 incipien, in Christi, & cap, Circa primum, Sed contrarium tenet Anto, dicens doc, ita tenere in cap,

si quando de præscrip. Pro prima parte fa, glo, & ibi Ange, in l, si prætor, §, marcellus, ff, de jud, expo- nit Antho, in allegat, cap, si quando & Bald, in l, si quis provocatione, C, de app,

41 Quando judex salutatus aperte non ref pondet nisi qualitas personæ excusat, quia non salutando præsumitur inimicus per dictam glos, in præallegat, cap, cum Adrianus, 63 distinct, glos, & Sicul, in præalleg, cap, cum super de offic, dele, idem Sicul, in allegat, cap, cum cessante & in cap, repellantur, Præpo. in a lleg. cap. postremo, Anto, in salutatione Gregoriana ad fi. Quod intelligunt doct, quando erat consuetus antea ipsum salutare vel salutatus consueverit respondere.

42 Quando judex esset consanguineus ini mici mei tex. juncta gl, & ibi Sicul, in cap. ad hac 1. de appell. Bal. in cap. accedens in 2. ut lit. non con fa. lec. & no, in cap. repellantur & cap. cum oporteat, de accu, & ibi per glos, Sicul. & Doctor. & Præpo, in allegat. cap. postremo.

43 Quando judex esset commensalis ini mici mei vel ejus familiaris per dictum cap. repel lantur & ca. cum oporteat & ibi gl, & doct, & Spec, ubi supr, versi. Item si est familiaris inimici, Ioan, And, & Domi, in alleg. cap. legitima Philip, & Præpo, in allega. cap. postremo. Antho, & Sicul, in al lega. cap. accedens. 2. ut lit. non conte.

Et dicunt Ioan, And, & Domi, ubi supra idem esse quando iudex est inimicus Domini mei, nam propter dominum recusatur aliquando tota familia. & econverso omnes de familia recusantur propter cum in præalle ga.

ga. l. unica C. si quacunque prædi. po. Et idem si est subditus inimici alterius partis in præallegat. cap. accedens. & ibi Sic. Et idem si est amicus inimici alterius partis ut voluit Philip. in allegat. cap. postremo. penultima column. sed Bartol. tenet contrarium in præallega. l. unica.

44 Quando in alia causa appellatum est ab eodem judice. cap. ad hoc l. & cap. proposuit. de appell. Ioan. And. & Domi. in allegat. cap. legitima. quod Praepo. in præallega. cap. postremo. intelligit constituto de gravamine coram arbitris, ita Ioan. And. Antho. & Sicul. in allegat. cap. ad hoc.

45 Secundum Imol. in allegat. cap. ad hoc, est secundum Vincent, & Immol, in allega. ca. proposuit. Si appellatum est à judice, etiam aliter non docto de gravamine, & vult ibi Imol, & ita servatur in præsenti regno in patria quæ jure consuetudinario regitur de stylo curiarum sacerularium. Nam talis appellans potest recusare judicem in omnibus alijs suis causis sicut infra dicetur, licet videatur levis offensa, nam appellatio non est magna injuria judici, immo vix est injuria. l. & in majoribus. C. de appella. & tamen propter eam judex recusat, etiam aliter non docto de gravamine.

Dicit tamen Imol. ubi supra considerandam qualitatem judicis à quo, an sit talis qui soleat perturbari vel inimicari contra appellatos. an vero non, juxta no, per Bartol, in l. de pupillo. q. si quis ipse ff. de no. ope. nuncia. & in l. i. C. si quis impera. male. Et sic

Et sic minima & major injuria reddit quem sus-
pectum considerato animo recipientis injuriam , in
præallegat. cap. postremo. & cap. cum Speciali, &
quod utrobique volunt Ioan, An. Sicul, & Docto, qui
firmant istas suspitiones esse arbitrarias propter varias
affectiones & odia , ac varietatem personarum,

Et quod dictum est, ut judex à quo recusa-
ni possit docto de gravamine , procedit etiam si
appellatio fuerit deserta secundum Antoni, Sicul, &
Imol, in præallegat. cap. ad hæc. licet Vincen, &
Inno, teneant contrarium , quorum opinio videre-
tur probabilior , quia postquam appellatio est de-
serta perinde est ac si non fuisset appellatum, cle.
si appellationem. de appet.

Adverte quia Bart, in l. unica ff. apud eum
à quo appell. firmat. illam. l, dicentem quod judex
à quo propter appellationem ab eo interpositam
non efficitur suspectus in alia causa loqui quando
solum quis recusat ex eo quod appellavit & non
docet nec offert docere de gravamine. Sed ubi
probaret gravamen , dicit quod posset recusari
juxta prædictum cap. ad hæc. & cap. propositum. Præ-
terea dicit Sicul. in eo. cap. ad hæc quod non suf-
ficeret probare appellationis pendentiam ad effectum
recusandi judicem in alia causa , sed est necesse
probare gravamen non solum re ipsa , sed ex pro-
posito in dubio tamen præsumendum est animus.

Si tamen ex conjecturis appareret judicem gra-
vasse , non ex mente , hoc non sufficeret , quia
suspicio fundatur super iniquo animo , non autem
super

super gravamine, ut not, in allega. cap. cum
speciali.

Sed dubium magnum est an istud procedat de jure civili propter prealleg. l. unica unde Sicul. & Imola. in prealleg. cap. ad hæc distinguunt quod aut loquimur in delegato & potest recusari etiam ex nuda voluntate, dummodo recusatio non appareat manifeste frivola. ut not, in l. apertissimi, & l. si. C. de judi. & prealleg. cap. speciali, & sic non erit opus quod probetur realitas gravaminis.

Aut loquimur in ordinario, & tunc dicit Sicul, se putare quod olim non poterat recusari maxime ex hac suspicione quia penderet appellatio quantuncunque probaretur realitas gravaminis, per text, illius legis unicæ quæ presupponit offenditionem, & tamen denegat recusationem reddens rationem, quia denuo potest appellare & potest illius decisionis esse ratio, quia olim ordinarius non poterat recusare de jure civili ut not, in prealleg. l. apertissimi & bene facit text, illius legis unicæ: hodie vero provisum est ut possit peti adjunctus non autem in totum potest recusari ut in authen. si vero C. de judic. & not. in dicta l. apertissimi. Quare putat idem Sicul. quod etiam de jure civili poterit probato gravamine modo prædicto peti adjunctus secundum quod dicitur in prealleg. authen. & ita Sicul. limitat prealleg. l. unica. Sed quid fiet de causis noviter i movendis recusato judice propter pendentiam appellationis glo, in prealleg. cap. ad hæc dicit quod iudex recusatus eas alteri delegabit, sed de hoc dic ut supra tactum est in 3. qu. principale.

§ ed

Sed de stilo parlamenti per curiam solet dārā
gardiator appellanti pendente appell. coram quo
causæ suæ agitentur , ut patet in titu. Quando
quis sit exemptus à jurisdictione illius judicis , à
quo appellatur ubi ponitur , quod si appelletur à
judicibus patriæ juris scripti , sive regiis sive aliis
appellans non est exemptus à jurisdictione eorum ,
nisi pro causa , pro qua appellavit per dictam le-
gem unicam , fallit tamen ubi quis à partibus
Franciæ , quia sive in patria consuetudinariā ; sive
juris scripti appellans est exemptus à jurisdictione
patris & omnium suorum judicum in omnibus cau-
sis suis , sive agendo , sive defendendo. Et pa-
riter , si appelletur à judicibus terræ consuetudi-
nariæ , aliis quam regiis à jurisdictione eorum ex-
emptus est appellans tam agendo quam defenden-
do pendente appellatione.

Sed an finita causa appellationis possit recusa-
tio fieri propter appellationem prædictam etiam
probato gravamine. Hoistien. *in præalleg. cap. ad hoc*
tenet quod non , sed solum ea pendente , nam
præallegata jura solum se fundant super appellatio-
nis pendentia , quod maximè crederem procedere
de jure civili , & hoc satis innuit stilus curiæ
prælibatæ , quem anno præsenti vidi observari in
persona mea.

Nam ex eo , quod urbana grimoarde appel-
lasset à me ratione cuiusdam executionis arresti
Baroniæ de Veridifo. tradidit requestam recusatio-
nis contra me in quadam alia causa pendente in
curia fundatam super pendentia prædictæ appellatio-
nis sed curia noluit admittere.

46. Si iudex fecit aliquam iniuriam parti : puta dedit alapam, nam tunc potest recusari text. est secundum unum intellectum in l. si quis provocatione C. de appell. fa. l. unica. C. si quacunque prædio. po. cum not. per Bar. in præalleg. l. unica ff. apud eum, a quo appell. & recitatur in præalleg. cap. ad hæc idem Præpo. in alleg. cap. postremo.

47. Si iudex contrahit parentelam cum inimico : nam tunc recusari potest per not. in cap. 2. de procura. libr. 6. nam & in illis casibus, in quibus removetur procurator, potest iudex recusari : ita gloss. in alleg. cap. insinuante de offi. deleg. & Specu. ubi supra ver. si fa. nō. per Sicu. Philip. & Præposi. in alleg. cap. postremo. per Bartol. in l. 4. in simili. ff. de adi. le. per Bald. in l. liberti. C. de inoffic. testam. & per Joan. de Ana. in cap. cum oporteat. de accusa.

48. in confœderato cum inimico meo per iura præallegata in præcedenti specie, & fa. not. per Bald. in l. 2. de servitu, & aqua. ubi principe diffidato videntur diffidari confœderati, & not. per Ange. in l. quæ religiosissff. de rei ven. ubi an par extendatur ad confœderatos : de quo per Sicul. in cap. 1. de postula. præla. per Innoc. & alios in cap. ad Apostolicæ de re. jud. lib, 6. ita Præpo. in alleg. cap. postremo.

49. In eo qui crebro couvensatur cum inimico meo. Specu. ubi supra, ver. item si comes. fa. not. per Joan. An. & Sicu. in alleg. cap. cum oporteat. & Præpo. ubi supra.

Quinquagesima, quando iudex est inimicus Domini vel patris partis : tunc ipse & tota sua familia recusari posunt, text. est in præ alle-

allega. l. unica. C. si quascunque Præposi. Specul.
ubi supra, ver. Item si est inimicus, Ioan. Andr. &
Domin. in præallega. cap. legitima fac. not, in cap.
accedens 2. ut lit. non contesta.

51 Si iudex est subditus inimici partis: ut
in præalle. cap. accedens: & ibi Sicul. & Præposi,
in alle. cap. post remo.

52 Quando iudex est partialis: ut quia esset
Guelphus & pars esset gebellina: adversarius au-
tem guelphus: ita Bald. in cap. de causis de offic.
delega.

53 Ubiunque resultat verisimilitudo, quod
iudex laederet partem si posset: nam tunc recu-
sari potest: ita Specu, ubi supra, ver. antepenul.
fa, not, in cap. tertio loco. de procu. & per Bart. in
l. fi. ff. de quaestio. Bald. in l. fi. ff. de hæred. insti.
ubi propter præcedentem veritimitudinem præ-
sumitur crimen commissum, ergo multo magis
arguetur de committendo, ita Præpo. in allega.
cap. postremo. Et hæc circa speciem odii: Tertiam
verò speciem respiciunt casus sequentes:

54 Quando iudex est grossus & illiteratus in
puncto subtili recusari potest, ita Bald, in l. fin.
16 qu. C. de hæret. insti. Cyn. in l. certi. C. loca.
Ioan. Andr. & Domi. in cap. statutum §. affesso-
rem de rescrip, lib, 6, Præpo. in alleg, cap, postremo,

55 Quando iudex suspectus subdelegavit in-
totum: nam tunc subdelegatus recusari po-
test, text: est in cap, iudex de offic, delegat.
libro sexto, & ibi Ioannes Andr, Ioannes Mona,
&

518 DE RECUSAT.
Et Domi. idem Præpo. ubi supra.

56 Quando judex recusatur ut suspectus, propter aliquam qualitatem, quæ suam respicit dignitatem, nam tunc eius successor recusari potest: ita Bald, in cap. de causis de officiis deleg. Philip. Et Præpo. in allegat. cap. postremo,

Quinquagesima séptima, Si judex procuravit sibi causam committi, nam tunc potest recusari Specu, ubi supra. ver, item si ipse, Ioan. An Archi. & Domi. in cap. si contra unum de officiis, dele, lib, & Bald. in præallega. cap, de causis. idem Ioan. And, & Domi. in alleg. cap. legitima, Et Præpo. in alleg. cap. postremo:

58, Sicut supra factum est, idem videtur, si judex prius consultus per actorem, respondisset eum habere jus per l. prætor, ff, de jurisdict, om. iudi. per. not, Inno, Ioan, An, Et doct, in cap, irrefragabili de officiis, ordi. ita Ioan. And, & Domi, quando judex nimis animosè procederet; cap. 2. circa princ. de in integ. restitut. Et ibi Imol. Et Sicul. Et Præposi. in allegato cap. Postremo, Et Sicul. in cap. accedens 2. ut lite non contest.

59 Si ad petitionem unius partis datus est judex, Joan. Andr. & Archi. in allegato capit. si contra unum, Et Bald. in alleg. cap. de causis 7. column. Specul. ubi supra, ver. item si ad petitionem, pro quo textus in l. observandum ff. de iudi. quam legem Bart. intelligit, quando utraque pars est præsens: unde sic. in præalleg. cap. cum R. canonicus de officiis deleg. super gl. fin. dicit quod de stilo curia ratio est, quod judex per partem postulatus conceditur, nisi adversarius contradicat, quo casu pars quælibet eligit unum, & curia dat ter-

tium

sum, ut no. in preallegat. l. observandum ca.
insinuante.

60 Si iudex successit parti in toto vel in
parte, ita tex, in l. Julianus ait, ff. de jud. Spec.
ubi supra, ver, item quia precium Ioan, And, &
Dom. in preallegat. ca. legitima. & Præpo. in pre-
allegat. cap. postremo.

61 Quando iudex ad quem successit judici,
à quo vel è contrà: nam tune in causa appella-
tionis recusabitur, ita glosi, Bald, & alij in l.
eos. C. de app, glo. 1. & ibi Sicul, in cap. querelam-
de elec. Specul, in ti, de app. §. nunc tractemus. ad fi.
Philip. & Præpo. in preallegat. cap, postremo.

62 Quando iudex à quo est appellatum, es-
set illo iure respectu dignitatis, qui haberet ju-
dicare in causa appellationis: ut puta sicut nu-
per erat in facto, quia Archiepiscopus Tholo-
fanus erat administrator Episcopatus Vauen,
sui suffraganei, vel de uno comite appellatur
ad ducem. & idemmet reperiatur dux & comes.
Et certè recusari poterit in causa appellationis,
quia iudicaret in facto proprio, unde Bald, super
rubrica de app, dicit quod casu prædicto deberet
causam delegare iuxta ea quæ habentur in l. pre-
tor. ff. de juris. om. judi, & pro Bal, est glo. & ibi
Barto, in allega. l. eos. C. de app, voluit Specul. in
preallegat. §. nunc tractemus. ver. penul, & sa. glo.
in cap. si is cui in fi. de offic, delega. libr. 6. salvo ta-
men eo quod supra tactum est de principe non
recognoscente superiori, qui recusari non
potest,

63 Quando superior sive iudex, ut pars ca-
M m piti-

63. Quando superior sive judex , ut pars capitulo aliquid capitulariter fecisset , & ab eo facto appellaretur ad eum , ut judicem prout fieri potest in cap. à collatione , de appell. libr. 6. & ibi Domi. nam tunc iste superior recusari potest. gloss. est ibidem , & idem tenet Innocen. & Holtien. in p̄alleg. cap. irrefragabili. & Præpo. in alleg. cap. postremo.

64. Ubi judex percipit commodum ex jurisdictione , nam tunc si velit se pronunciare judicem poterit recusari , ne super hac exceptione cognoscat secundum Innocen. in cap. ex parte 1. de ver. signi. cap. venerabili. de censi. Anthon. & Sicul. in cap. ad audientiam de appell. juncta gloss. clarius voluit gloss. in l. de jure ff. ad municip. & ibi Barto. & Bald. in l. 2. ff. si quis in jus non je. idem Bald. in cap. conquerente de restitu. spoliato. Nisi tale commodum pertineret ad dignitatem vel officium , ita quod ut judex nihil perciperet , nam ex hoc non intelligeretur suspectus , & ideo cognoscere posset , an sua sit jurisdictione secundum Anton. & Præpo. in p̄alleg. cap. ad audientiam. Bald. in aliga. cap. conquerente , & in authent. bona damnatorum C. de bon. dam. & facit glott. in cap. cum personæ de privileg. lib. 6. Dicunt tamen Sicul. & Præposi. ubi supra , quod quod si judex recusetur ut suspectus respectu commodi , quod sentit ex sua jurisdictione , puta sportularum , inspicienda erit qualitas judicis & sportularum cap. & si questiones de symon.

65. Quando locus judicij non est tutus propter inimicitias partis , nam tunc ibidem citatus

jus

judicem recusare potest respectu loci. cap. accedens.
 2. ut lit. non contesta. immo si notorium est locum & non esse tutum, non tenetur comparere, Barto. in l. sciendum de verbo. oblig. text. est in Cle. pastoralis de re. iudic. in Cle. Unde Sicul. in cap. cum dilecti. de dolo & contu. super gloss. in verbo calores. Dicit quod si aeris corruptio sit vehemens in loco judicij & complexio citati est talis quod verisimiliter ex accessu dubitaretur de morte, non tenetur in loco tali comparere, ubi vigeret pestis vel mortalitas juxta præalleg. cap. accedens 2, & sic procedat gloss. in cap. communis filius 23. distincto quæ dixit generaliter, quem excusari propter intemperiem aeris, & Bartol. in l. de ætate ff. ad Trebell. arg. cap. ad supplicationem de renuncia. fac. cap. ex parte de appell. & præallega. Cle. in §. profana. nam & locum pestis quis licet fugit cap. negotiatorem 88. distincto.

Et stare in loco pestis est Deum temptare, debet enim homo laborare, ut mortem effugiat, & demum se committere misericordiae divinæ 23, qu. 8. cap. si nulla. Si autem aer non esset ita corruptus, seu complexio citati non esset talis, & tunc talis non excusaretur, si jus reddatur in loco, ita Anthon, in allegat, cap. cum dilecti. pro quo est gloss, in Cle. quamduo. de appell in Cle. ver. alias.

66. Quando locus, ad quem citatur pars/ non est turus propter inimicitias civitatis, aut certè ipsius citati text, est in cap. cum R. canonicus alleg. & ibi Siculus, & Modern: & Præposit. in allegat. cap. postremo.

67. Quando locus, in quo debet comparere,
 M m 2 est

722 DE RECUSAT.

est tutus, sed via non est tuta: text. in allega. cap. cum R. & in cap. accedens 2. ut lite non contestat. & Præpo. ubi supra.

68. In Advocato meo, qui scivit secreta mea, quia potest recusari, si jam dixit velle suum contra me, si talis Advocatus meus impetretur ab adversario meo in judicem. glo. est & ibi doct. qui eam ita intelligunt in cap. dilecto de testi. ita Antho. & Præpo. in præalleg. cap. postremo. Imo. in præalle. cap. irrefragabili. §. excessus. de offi. ordi.

69 Vbi judex esset suspectus tertio prætendenti interesse in causa, nam tunc iste tertius non solum se potest opponere ratione sui interesse: sed etiam potest judicem recusare tanquam suspectum. tex. est in cap. cum super. de offic. dele. qui ad hoc not, per Anto. Zaba Sicul, & isto causa secundum eos poterit recusari judex post litem contesta. Docto. summarie de interesse per cap. veniens. 1, de testi,

70. Si judex suam subditam invitam ducere voluerit in uxorem; nam tunc per ipsam & ipsius familiam licet recusari potest text. est in præalleg. l. unica. C. si quacunque prædi. po.

71. Quando Episcopus est recusatus, nam & tunc ejus Vicarius videtur esse suspectus, licet non contra glof. est in cap. si contra unum in verbo Episcopi de offic. dele. lib. 6 Præpo. & Philip. in allegat. cap. postremo 10. col. licet Bald. videatur tenere contrarium in præallega, l. unica C, si quacunque, Præpo. & Philip. in cap. dilecti. de appella,

72 Vbi

72 Ubi judex fuisset corruptus à parte : quia receperisset munus sufficiens ad pervertendum animum ejus juxta no. in cap. & si quæstiones de symo. Spec. ubi supra ver. item si sit inimicus meus. & ibi Ioan. An. in addi. & Præposi. ubi supra.

73 Quando executor modum execderet in exequendo , tunc etiam si esset datus de consensu partium recusaretur, cap. super questionum §. 1. de offic. deleg. quod tamen intellige , prout supra late dictum est in tertia quæstione principali.

74 In omni suspitione per quam removetur procur. sicut supradictum est , de quibus in cap. 2. de procurat. libr. 6. & in l. post. litem cum sequ. & in l. quæ omnia ff. de procur. omnibus enim illis poterit judex ut suspectus licite recusari : ita Spec. ubi supra. ver. & Sicul. & Præpo. in alleg. cap. postremo.

75 Si judex extrajudicialiter injustè processit , & postea judicialiter procedere velit ; nam tunc poterit recusari : ita Philip. in allegat. cap. postremo 14 col. pro quo gloss. in cap. statutum in ver. copia. de rescript. libr. 6. pro gloss. & Sicul. super ver. proponere doct. in alleg. cap. conquerente de restitu. spoliato.

76 Si causa aliquo modo tangat judicem , ut quia tenetur de evictione Specul. ubi supra ver. item si causa aliquo modo.

77 Si judex est de minoribus judicibus , unde non potest cognoscere de majori summa 2. qu. 6. §. diffinitiva. ver. cum certa. Specul. ubi supra , ver. item quod est de minoribus.

Mm 3

78. Si

78. Si agatur de privilegio Papæ , quia de illo non potest aliis cognoscere quam Papa. cap. cum venissent de iudi. Specu. ubi supra, ver. item si agatur.

79. Si agatur actione injuriarum , non potest esse judex , gener , ficer , vitricus , privignus , sobrinus , proprietor et eorum , qui in ea cognatione vel affinitate , patronusque ejus vel eorum qui de ipsa cognatione sunt , ut ff. de injur. l. lex Cornelia. Specu. ubi supra , ver. item in l. Cornelia. de injuriis.

80. Si antecessor fuit recusatus , nam poterit etiam successor recusari , si causa pertinebat ad dignitatem vel officium , ita Baldus in p̄allegato. cap. de causis , de offic. delegat. 8. colum. Philipp. in p̄alleg. cap. postremo.

Sunt & alii plures casus , qui colligi possunt ex not. dictis Docto. maximè Anthon. Sicul. M̄der. in cap. super litteris de rescript. Petrus de Archia. in cap. pia de exceptio. libro. 6. Imot. Bartol. in l. quidam consulebant. ff. de re judica. Sicul. in capit. sollicitudinem de appella. Angelus Aretin. institu. de except. §. præterea versic. quæritur. opponitur Petrus Ioannes de Ferra. in titul. de de clin. juri. in gloss. nec fuisse circa finem , igitur & cæt.

Octuagefima prima causa esse poterit , ubi opponitur exceptio contra judicem , quæ sufficillat , id est , notat ipsum judicem infamia seu defectu vel alio crimine : quia in tali cog-

ni-

nitione suspectus est : ita Anthon. Sicul. & Moder. in allega. cap. super litteris , & ita dicit Archi. in cap. quia suspecti. 3. qu. 5. servare curiam Ro. ut de tali exceptione non cognoscat delegatus , sed superior , & ibi Domi. in 3. col. Ioannes Andr. in alleg. cap. pia Archi. in cap. hortamur. 3. qu. 9. Anthon. in cap. cum super de offic. deleg. dicentes , quod licet regulariter judex etiam delegatus cognoscat , an sua sit jurisdiction , ut in p̄allega. cap. super litteris & in l. 2. in princip. ff. si quis in jus vocatus non je. & l. prescriptione C. si contra jus veluti. pu. eot, quia judicare principaliter est onus . & ideo non dicitur propria causa judicis . ex quo commodum vel incommodum ad ipsum non pertinet : veruntamen secus est in casu supradicto , in quo est dubium vel suspicio de subversione judicii : unde casu prædicto debet dicere sic , oppono quod estis excommunicatus vel infamis , & de hoc non potestis cognoscere , quia ratione vestri proprii interesse estis mihi suspectus , quia sicut judex potest recusari super toto: ita super uno articulo secundum Innoc. maximè casu prædicto , ubi agitur de honore suo & fama , quia à nullo sapiente præsumitur negligi. cap. nolo. 12 qu. 1.

Octuagesima secunda , ubi opponitur defectus jurisdictionis pariter concludens in incidente , sicut in principali : ut quia dicitur esse papillus , vel quid simile : nam sicut eadem ratione non cognoscit de suspicione : quia sicut est suspectus in principali : ita in

in hoc incidenti Innocent. in cap. prudentiam de offic. deleg. Barto. & alij. in p̄eallegat. 1. quidam consulebant. Sicul. & Modernus . in allegat. cap. super litteris Ange. in p̄eallegat. 2. quidam. & in p̄eallegat. 1. 2. ver. 4. fallit , sic neque de prædicta poterit exceptione cognoscere , Et idem esset quotiens obijceretur judici incapacitas , ut si opponitur à Clerico convento , quod judex est Laicus , quia non poterit cognoscere de hac exceptione , & si pronunciaret se judicem , pronunciatio esset nulla , allegat. cap. tuam. de ordin. cogni. & cap. si judex Laicus de sententia excommunicat. libr. 6. & idem Anth. in cap. si diligenti 4. col. de forq. compre.

83. Cūm opponitur de totali fundamento jurisdictionis & proprietate ipsius , puta non estis potestas vel non estis Episcopus , quia præsumitur judex habere affectionem super isto articulo , immo est causa propria secundum Barto. in 1. ex sententia prop̄e si. ff. de testam. tutel. ubi dicit , quod si dico te non esse judicem competentem , poterit de hoc ipse cognoscere : secus si nego penitus te esse judicem : idem Antho. Sicul. & Moder. in allegat. cap. super litteris. Bald. in 1. judices. C. de si. instru. Ange. in 1. constitutiones. & si. ff. de app. Anth. in cap. cæterum. 2. col. de judi. Bald. in cap. 2. circa si. de alie. feu. pater.

84. Quando agitur non solum de nudo exercitio jurisdictionis , sed etiam de proprietate subjectionis : quia citatus dicit se exemptum , & judex negat : ita Sicul. in allegat. cap. super litteris post alios in quanto eſtu : & dicit Sicul. in ca-

wener.

venerabili de censi. quod in casu cap. cum persona : de privileg. libr. 6. Episcopus non procedit , ut iudex : sed extrajudicialiter , ut se informet , licet gloss. aliud dicat super ver. ordinarijs. Et ideo dici potest , quod licet possit cognoscere poterit tamen recusari , sed non indistincte : sed attenta qualitate commodi sibi applicanda per illum subditum , & qualitate judicis , ut concludit Sicul. in cap. ad audientiam. versus si. ibi tertio potest dici de appell. & sequitur ibi Philip. sicut supra taedium est de commido sportularum.

85 Secundum prædictos , quando notorium est eum non esse judicem vel saltēm ipse scit : nam tunc non potest in causa procedere. cap. si duobus. de appell. secus , si partes scirent . & iudex ignoraret , quia tunc procedere posset : ut in præalleg. cap. si duobus no.

86. Ubi iudex se ingerit tenendo opinionem partis , quæ stat pro jurisdictione gloss. est in præalleg. cap. statutum , quam Antho. dicit non esse alibi secundum Domi. ibi in fin. p̄tino. & fuit dictum Innoc. in cap. ex parte. de verb. signific. & sequuntur omnes Docto. in præallegat. cap. super litteris. & Sicul. in cap. venissent de judi. glo. in ea. conquerente. de resti. spoli. & ibi Sicul.

87. Secundum Antho. in allegat. cap. super litteris , quando excipitur , quod locus contractus non est de jurisdictione citantis , quia de hoc cognoscere non potest : nam ex pronunciacione fieret commodum pronuncianti : allegat. no. in cap. ceterum. de judic. cap. ex parte. de verbo signific.

signific. & cap. venerabili. de censi. de appell. cap. ad audienciam. sequitur Sicul. in allegato cap. super litteris. licet aliter dicant Moderni, ipse tamen Antho, in penultim. car. dicit præmissa præcedere, quando volens cognoscere, prætendit locum subjectum esse ratione proprietatis, quia tunc ultra jurisdictionem haberet commodum ex pronuntiatione; sed si prætenderet locum sibi subjectum ratione nudæ jurisdictionis bene cognoscere posset secundum eum.

Octuagesimo nono, ubi rescriptum esse falso proponitur, quia judex deputatus per illud non potest pronunciare se esse judicem, etiam si hoc ignoretur, quoniam detecta post modum falsitate omnis processus declarabitur nullus, Inno. Ioan. Andr. Antho, & omnes Doctores. in p̄allegat. ca. super litteris.

Nonagesimo, quando non habet jurisdictionem, nisi super causa notoria, & casus incidens esset dubius, & negatur qualitas notorietatis, Si constat qualitatem notorietatis non adesse, & judex vult inquirere, an factum sit commissum: etiam siue illa qualitate notorietatis, & non poterit, quia causa notorietatis tribuit sibi jurisdictionem, & iste est intellectus. gloss. in cap. accusatus. de hære. libr. 6. quia inquisitor non potest se intromittere de divinationibus, nisi sapiant hæresim manifestam: si ergo non sapiant hæresim manifestam, non potest inquirere, an sapiat hæresim, quia sine notorietate non habet jurisdictionem: sed bene potest inquirere, an sapiant hære-

hæresim manifestè , & super hoc cognoscere & pronunciare , an sùbsit notorietas vel non , ita Si-
cul. in cap. si Clericus. de foro compe. 9. col. Imo
post Anth. in præalleg. cap. super litteris.

Nonagesimoprimo , opponitur judici delega-
to , quod sua jurisdiction est revocata per secundas
litteras directas alteri delegato , quia ipse solus de
hoc non cognoscet , sed ambo convenient. in ca.
pastoralis. de re scriptio. Ange. in præallegat. l. 2. ver.
6. fallent. Quod si duo ordinarij judices contendant
de jurisdictione , quia unusquisque dicit' eam ad se
pertinere cognoscet superior amborum , aut arbi-
tri ab eis eligendi per text. in l. de jure. ff. ad mu-
nicip. & in præallegat. cap. pastoralis.

Nonagesimo secundo , quando opponitur , quod
delegans non habebat jurisdictionem , quia de hoc
non poterit cognoscere delegatus. in l. 2. C. si à non
compet. judic. Et sic & in hoc casu & alijs supra
tactis , in quibus judex non potest cognoscere , an
jurisdiction sua sit , poterit recusari : sed an in di-
stis casibus sit recurendum ad superiorem vel ad ar-
bitros , excepta tamen 91 , vide per Præpo. in cap.
a. requiris. de app.

Nonagesimotertio , etiam in omni casu si-
mili vel majori in jure expressis , quia in eis arbi-
trio judicis posita , dicta similitudine poterit judex
ut suspectus recusari : ita Antho. & Præposi. in
in allegat. cap. postremo. Innocen. Ioan. And. & Si-
cul. in allegat. cap. cum speciale. de app.

Nono

530 DE RECUSAT.

Nono, principaliter quæritur, an iudex qui recusatur, possit interrogari de veritate causa recusationis. gloss. in cap. de except. in ver. siue confessio. in fine dicit, quod potest ab eo queri coram arbitris, & debet inde dicere veritatem, & hoc saepe fieri vidisse dicit: & ego saepe numerò, immo communiter ita fieri vidi in parlamento, quando præsidentes vel consilia-rii recusantur: ita Antho, & Imol, in præalleg. cap. 1. Philip. in cap. cum speciali. de appell. 7. qu. de quo per Specul. titul. de recusa. §. fin. in fine. Sed iudicio meo Sicul, in præallegat. cap. 1, optimè limitat dictam gloss, dicens, quod si quæratur de causa quæ sit extra causam criminis, satis honestum est, ut respondeat coram arbitris, cùm ipsi sint iudices in hoc articulo: ut in capitulo ab arbitris. de offic. de. libr. 6. & sic præcebat gloss, præallega,

Si autem queratur de crimen remittit ad id, quod in simili dicitur de teste: in cap. cum causam de testim. ubi per Sicul. & Imol, per gloss, Archi. & Domi. cap. querendum. 2. qu. 7, per Innoc. in cap. dudum. 2. de elect. & in cap. inquisitionis de accusat. per Specul. & Ioan. Andr. in titu. de teste. §. jam. de interrogatoriis. versus st. ver porro. & in præallega. gloss. dicti capit. 1. de exceptio. per Specul. in titu. de recusatio. ubi supra per Bartolum. in l. 1. ff. de offic. assesso. per gloss, in ca. judicantem 30 quæstio 5. Archi. in cap. in primis, 2. quæstio 1. per illum text, in ver. de persona. per Bald. post Innocen. in cap. cum super de confessio. in l. 3. circa princip. ff. de testim. per Domi. in cap. ex p. 29

pænitentibus. 2. col. 1. distinct. per Bart. in l. si duo
patroni §. idem Julianus in fi. ff. de jur. & in l. si quis
libertatem. in 6. colum. ff. de peti. bære. & in l. 4.
§. hoc autem in fi. 3. quæst. ff. de dam, infec. Bald.
in l. 2. §, quod observari. C de jura. calum. & in l.
comparationes. 7. no. C. de fide instrum. in quibus lo-
cis communiter tenetur quod testis non tenetur
respondere ad aliquid per quod sua turpitudo re-
veletur ut est crimen infamiae, excommunicatio-
nis & similia, quia nemo tenetur se prodere,

Ad alia vero ipsum inhabilitantia à testimo-
nio respondere tenetur ut est paupertas quæ non
est de genere malorum, consanguinitas, ser-
vilos conditio & similia, de quibus per Bald, in
authen. si dicatur de testi. Et ita videtur in iudice
respectu recusationis secundum Sicul, in præalle-
gat. cap. 1. de exceptio. Si tamen confiteretur cri-
men, crederem sibi, secundum Innocen, in præ-
alleg, cap, inquisitioni, idem Pau, de Leaza, in re-
peti. cap. testimonium. de testi. in 4. colum. Bar. in
allegat. §. Iul. & Domi. in præallegat. cap. cx pæ-
nitentibus.

Postremo licet ex supradictis laxa detur in
recusando potestas nihilominus Spec, in tit,
de recu. §. qualiter. ver. quidam autem legista,
consuluit quod quis ad recusandum facile non
proruimpat, Nam si non plene causam probaverit
ille iudex remanebat & forte recusans eum pro-
vocatum sentiet' & acerbum & durum & insidia-
torem causæ suæ C, de testamentis manu. l. finali §
sui vero quidam in fi. ar. l. di. si quis præpost. & in præal-
leg.

legat. cap. suspitionis de offic. dele. Nec recusanti libenter in aliquo gratificabit quod erit valde grave, cum multa subjiciantur ejus protestari, *ff. de judi.* *I. non quicquid. & 2. qu. 4. Notandum. & C. quo-*
modo & quando judi. I. i. & de offic. deleg. cap.
consultuit ff. de edili. edict. I. ediles. §. item scien-
dum. cap. bone. I. de postula. præla.

Consulit autem quod ipsum blandis verbis al-
loquatur & quibus modis [honestis tamen] eum
sibi favorablem faciat. Nam verbis homines fle-
ctuntur, ut *in titu. de advo. §. hic dicendum*
ver. deinde. Postea præmissa illa protestatione quod
in eum non intendit consentire salvis omnibus suis
exceptionibus dilatorijs & declinatorijs tam contra
rescriptum quam contra judicem proponendum suam
recusationem poterit hunc concipere modum.

Quoniam res est periculosa & tristissimos sortiri so-
let eventus sub iudice litigare suspecto, ideo domine
iudex cum vos habeam suspectum pro eo quod estis ini-
micus meus vel consanguineus adversarij mei & hujus-
modi audientiam vestram in tali causa quæ vertitur vel
verti speratur inter me & ex præmisæ causis recuso: pro-
bantur præmissæ. *in allega. cap. quia suspecti in. qu. 5.*
cap. cum inter. de excep. cap. cum etni. de rejudi. libro
sesto. Et si plures sint causæ debent specificari, vel
posset sic formari. Quoniam naturale est velle suspec-
torum judicium insidias declinare & inimicorum judi-
cium refugere, ideo domine judec cum sitis mihi ta-
li ratione suspectus &c. vos tanquam mihi suspectum
ex hac causa recuso: & istas formas ponit Specul. *in tit.*
de offic. judi. dele. in 4. parte.

Alium

Alium modum concipiendi hujusmodi libellum recusatorium videre potes in practica Ioan. Pe. de Ferra, *in titu. de declinatione jurisdictionis*, de quo aliquid supra tactum est.

Adverte tamen quod ille qui recusat non tenetur offerre probationes coram judice recusato cum probatio sit fienda coram arbitris, nec tenetur petere ut arbitri elegantur, sed istud est officium judicis, ut probatur *in cap. secundo requiritur, de appell. ita Sicul. in al. lega. cap. cum speciali. ult. col.*

Sed quid si habens judicem suspectum non potest suspicionis causam exprimere sine scandalo, puta quia pars recusans est rivalis judicis. Sicul. *in allegat. cap. secundo requiritur*, refert aliquos tenere quod non tenetur exprimeri, sed standum sit juramento suo super legitimitate causæ quod ipse Sicul, reputat valde æquum habito respectu ad qualitatem personæ recusantis per id quod in simili not. *in cap. Nicolao. de appellat.* licet hoc jure non probetur, sed ratio naturalis dictat, & optime fac. *in ar. cap. statutum. S. cap. cum vero de rescript. iibz. 6.*

Rivales autem sunt propriè qui educunt aquam per eundem rivum, ut *ff. de aqua quoti. & asti. impropriè & similitudine exquisita*, rivales dicuntur qui cum eadem muliere habent consuetudinem, ut dicit gloss. *in ver. rivalem 32 qu. 5. in cap. horrendus.* idem quod Sicul. in præceptis quos articulos tenet Præpo. *in allegat. cap. 2. requiritur. 3. col.*

Præterea quæ est ratio diversitatis quare judex regulariter cognoscit an sua sit jurisdictio & non de causa recusationis. Et dicendum Præpo. *in allegat. cap. secundo*

do requiris. quia per recusationem fit injuria judici, ex quo pars fatetur se de sua jurisdictione, sed ab eo recedere vult. *I. litigatoris.* in prin. ff. de arbi. nam de eo. *I.* non confidit, in hoc incidenti ut cognoscat de suspicione.

Sed quando opponitur contra jurisdictionem, non fit ei tanta injuria, quia non videtur diffidere de justicia sua, sed negat se subditum vel aliter exceptio *incompetentiae jurisdictionis* non sugillat neque afficit personam judicis, ideo de ipsa cognoscere potest, sed exceptio suspicionis personam sugillat judicis, quia videris de persona diffidere, ideo non potest cognoscere, ita Bar. in *I. quidam consulebant.* ff. de re judic. & Praepo. post eum in *allegat.* cap. secundo requiris. Idem loan. Pe. de Ferra. in *ti. de recu. judi.* in *gloss.* in *versic. judicem suspectum.* Sicul. in *allega.* cap. secundo requiris. dicit quod ex eo, quia judex ex recusatione comiter solet provocari. ar. cap. *ut debitus. de appell.* & in *præallegat.* *I. litigatores,* timetur ne provocatus noceat, pro quo fa. quæ supra dixi in princi. hujus i o quæst. In alijs autem casibus quando dico rescriptum esse sub repticium, vel dico
me non contraxisse in lo-
co non est eadem ratio
secundum eum

FINIS.

De Recusationibus.



SUM-